

*Cōcilium Ni-
cenū quo tem-
pore pascha ce-
lebrandum sit
definiuit.*

cris esse sapientiæ diem celebritatis definire pascha-
lis, & scriptura diuina nos instruit, & traditio maio-
rum: qui conuenientes ad synodum Nicenam, inter
illa fidei vt vera ita admiranda decreta, etiam super
celebritate memorata, congregatis peritissimis cal-
culandi, decem & nouem annorum collegere ratio-
nem, & quasi quendam constituere circulum ex quo
exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc cir-
culum Enneadecaterida nuncupauerunt, sequentes
illud quòd non debeamus vana quadam opinione
super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera rati-
one comperta ita omnium concurrat affectio, vt
vna nocte vbique sacrificium pro resurrectione Do-
mini deferatur. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 83.*

*Concilium Ari-
minense Impe-
ratoris gratiam
captauit.*

Væ cum vobis benedixerint homines. Nonne ti-
bi videtur hic dicere qui dudum in Ariminensi con-
cilio perfidæ præuaricationis auctores cum Impera-
toris gratiam sequuntur, Dei gratiam perdiderunt?
Qui cum placere potentibus aucupatur, maledicto
se perpetuo subdidere. *Tom. 5. lib. 5. Commentar. in cap.
6. Lucae.*

*III. Non esse necessarium propter hæreticū
vnum Concilium conuocare, et si ad
illud prouocet.*

SI ad synodum prouocat Auxentius vt de fide dis-
putet: licet nō sit necesse propter vnum tot Epi-
scopos fatigari, qui etiāsi Angelus de cælo esset, paci
Ecclesiarum nō deberet præferri, cum audiero syn-
odum congregari, & ipse non deero. *Tom. 3. lib. Epist.
5. Epist. 32.*

CAPVT VNDECIMVM
De auctoritate Patrum Docto-
rumque Ecclesiæ.

*Præcepta ma-
iorum religio-
se obseruanda.*

Seruemus præcepta maiorum, nec hæreditaria
signacula ausi rudis temeritate violemus. Li-
brum signatum illum propheticum non senio-
res,

res, non Potestates, non Angeli, non Archægeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogativa seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum designare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum? Quem qui designare coacti sunt, postea tamen damnata fraude si goarunt. Qui violare non ausi sunt, Confessores & Martyres exstiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam prædicauimus?

Ratio cur maiorum præcepta diligenter obseruanda.

Tom. 2. lib. 3. de fide ad Gratianum, Cap. 7.

Nouerimus itaque quia non sine magno discrimine de religionis veritate dubitamus, quam tanto sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellâ discutere præsumas, & post manifestos duces in errore permanear, & post morientium sudores, otiosa disputatione cõtendas.

Periculosum est fidem Catholicam multorum sanguine confirmatâ discutere vel le.

Tom. 3. Sermone 93. in natali sanctorum Martyrum Nazarij & Celsi.

CAPVT DVODECIMVM De Hæreticis.

I. Quis sit hæreticus, & qui sint hæreticorũ mores.

Alienus est à numero fidelium & à sorte sanctorum, qui in aliquo à Catholica veritate dissentit. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84.

Hæreticus quis sit.

Sub prætextu verbi Dei impia dogmata propagare.

Nihil periculosius his hæreticis esse potest, quàm qui cùm integre per omnia decurrant, vno tamen verbo, ac si veneni gutta meram illam ac simplicem fidem Dominicæ, & exinde Apostolicæ traditionis inficiant. Vnde vehementer nobis caendum est, ne se vel sensibus vel auribus nostris huiusmodi

Qui hæretici perniciosissimi.